Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ad illos. Quid solutis pullum? At illi dixerunt. Quia
dns eum necessarium hꝫ. Et duxerunt illum ad ihm. Iac
tantes uestimenta sua super pullum imposuerunt ihm. Eunte
autem illo. substruebant uestimenta sua in uia. Et cum appi
quarent iam ad descensum montis oliueti. cepit omnis
turba descendentium gaudentes laudare dm uoce
magna super omnibus quas uiderant uirtutibus dicentes
Benedictus qui uenit rex in nomine dni. Pax in celo et
gloria in excelsis. Dnica palmarum lectio ad philippenses.

Dnica palmarum lectio ad philippenses.

Hoc enim sentite in uobis. quod et in xpo ihu.
Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus
est esse se equalem deo. sed semetipsum exinanuit formam serui
accipiens. in similitudinem hominum factus et habitu inuentus ut
homo. Humiliauit se ipsum factus obediens usque ad mor
tem mortem autem crucis. Propter quod et deus illum exaltauit
et donauit illi nomen quod est super omne nomen.
ut in nomine ihu omne genu flectatur celestium terrestrium et
infernorum. et omnis lingua confitetur. quia dns ihus
xpus in gloria est dei patris. Passio dni nri ihu xpi.

passio dni nri i. x. f. m.

secundum matheum.

Illo t. Dixit dns ihs. discipulis suis. Scitis quia post biduum pasch fiet. filius
hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt
principes sacerdotum et seniores populi in atrium principis
sacerdotum qui dicebatur caiphas. et consilium fecerunt
ut ihum dolo tenerent et occiderent. Dicebant autem non
in die festo. ne forte tumultus fieret in populo. Cum
autem esset ihs in bethania in domo simonis leprosi.
accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi.
et effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes